Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



330

de sua substantia; Ex utero. hoc. ē. de medullis diuinitatis suae. Totum quod quod pater
est. p diuinitatem dedit filio quem genuerit; Ex utero anteluciferum genuite. Ante
luciferum. hoc schema. grece dicitur. Ἐκ νεκαοχ. quod dicunt grematici chome
postio trania. Quando ergo dicitur anteluciferum. Una creatura ē nominat. & omnes
indicat creaturas; Quando dicit anteluciferum. Nos sic intellegamus. quasi dixerit
ante lunam. ante solem. ante omnem creaturam. Ex utero anteluciferū genuite; ante
luciferum. ante istum luciferum qui uidetur in mundo. uerum lux gentis. ē. Unde dici
tur in alio loco psalmi; In lumine tuo uidebimus lumen; sermo est ad patrem. O pater
in lumine filii uidebimus lumen. sp̄m scm̄; ex utero ante luciferum genuite; Iurauit dn̄s & nō pen
tebit eum. Iurauit dn̄s. hoc qd dicit iurauit. Ne qui ante luciferum genitus. ē. sed et
iurat qui post luciferum natus ex uirgine. ē.; Iurauit dn̄s & non penitebit eum. tu es sacer
dos in aeternum secundū ordinem melchisedech; superfluum. ē. nos de isto uersiculo uelle
interpretari. Cum scs apostolus ad hebreos plenissime disputauit. Ipse enī iste est melchi
sedech sine patre. sine matre. sine genealogia. & interpretatur diligentissime.
Quare sine patre. sine matre. sine genealogia. & ab omib: ecclesiasticis dictum est. Qm̄
sine patre dicitur. secundum carnem. sine matre dicitur. secundum dm̄; hoc solum ergo
interpretemur. Tu es sacerdos in aeternum secdm ordinem melchisedech. hoc solum dicamus
quare dixerit secundū ordinem; secundū ordinem nequaquā sacerdos eris. secundū
uestimas iudaicas. sed eris sacerdos secundum ordinem melchisedech; Quomodo enim
melchisedech. Rex salem obtulit panem & uinum. sic & tu offeres corpus tuum & san
guinem. uerum panem uerum uinum; iste melchisedech. ista misteria quae habemus
dedit nob. Ipse est qui dixit. Qui manducauerit carnes meas & biberit sanguinem
meum. secundum ordinem melchisedech. tradidit nob sacramentum suum; Dn̄s
ad dextris tuis; Remouam uideo; dicitur in principio. Dixit dn̄s dnō meo. sede ad
dexteris meis. & nunc dicitur ad eum. dn̄s ad dextris tuis; si ipse ad dexteram pa
tris sedit. quomodo rursum pater sedit ad dexteram filii. Quando enim dicitur.
Dixit dn̄s dnō meo sede ad dexteris meis. manifestissime ē. quod ad dexteram patris
sedeat filius; quando autem dr̄ Dn̄s ad dextris tuis. hoc dicitur quod ad dexteram
patris sedeat filius; quando autē dicitur dn̄s ad dextris tuis. hoc dicitur qd ad dexteram
filii sedeat pater; hoc totum post ea dicitur. ut aequalis sit filius patri; multa
sunt quae dicuntur; Ad peccatores autē. Diabulus stat ad dextris eius. Coerū
illa disputatio alia. ē.; quicumq: peccator. ē. diabulus ei stat ad dexteram; sed
dicit aliquis. quomodo & ihū filio iosedech. In zacharia dicitur stare. & diabu
lus stet ad dextris eius. Quomodo in zacharia scribtum. ē. qm̄ diabulus stet
ad dextris saluatoris. Uide & is quae questio est. sed eo tempr̄ quando stabat